



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Hora IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

fendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

AD COMPLETORIUM.

Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Re. Amen.*

Converte nos Deus salutaris noster, & averte iram tuam a nobis.

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen. Alleluia.

Hymnus.

Angelum nobis medicum salutis
Mitte de cælis Raphaël, ut omnes
Sancti agrotos, patiturque nostros
Dirigat actus.

Antiphona.

Sancti Angeli custodes nostri defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

Re. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

Re. Adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo.

Oremus.

DEus, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiâ mittere dignaris, largire supplicibus tuis: & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Has horas canonicas cum devotione
Dixi, custos Angele, tui ratione:
Precor me custodias moris in agone,
Et præsens me deducas cæli regione.

Angele Dei, qui cultos es mei,
Me tibi commissum pietate supernâ
Hodie illumina, custodi, rege, gubernâ, Amen.

HORA IV.

*Disce MORI: id te doceant Damna-
torum inania vota.*

MEMENTO homo bulla, & seridè expende, quanti emerent dæmonati horulam nostri temporis vel unicam, quarum tu tam multas liberalissimâ socordiâ ludibundus prodigis. Vive memor leti; fugit hora, & nihil est annis velocius: rigidum jus mortis est, & inevitabile. Moriendum est: cum nascimur, huic tributo subijcitur; moriendum est. Quid ad ineptias & lusus vacas? ingens tibi negotium in manibus est: moriendum est. Veniet dies, qui de omnibus annis nostris laturus est sententiam. Quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages: quid profeceris in vitâ, mors dicet. Pectus mortale nunquam magis divinum est, quam ubi mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natum hominem, ut vitâ defungeretur. Ergo dum licet, operare & profice, est qui reddat labori tuo præmium. Habes operis tui perpetuum & attentissimum spectatorem Deum, qui sicut capillos, ita & minimos cogitatus tuos numeratos habet, aut ad præmium, aut ad supplicium, idque æternum. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Fidei in Deum.

QUO magis te ipsum tibi diffidere necesse est, tanto minus Deo, cui semper, & in omnibus fidendum. *Psal. 124. vers. 1.* Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commovebitur in æternum. Fide Deo, fide affectu quam potes generosus

Cum nascimur tributo Moris subijcitur.

Psal. 124. vers. 1.

A simo; ecquid trepidas modicæ fidei? Deus providebit. *Gang. 3. 1.* Domine regit te, & nihil tibi deerit. Quid angeris? etiam *vers. 3.* membra tua dilaceret inimicus, capillos tamen tuos *Ang. 1.* numerat Deus. Ne ergo timeas jacturam membrorum, *serm. 4. d. 1.* quando securitatem accipis de numero capillorum. Mihi hoc crede: proborum vita, etiam per singula rerum ac temporum momenta, à Deo sic temperatur ac regitur, ut omnia in eorum cedant bonum. Securè navigat, qui fiduciâ suâ anchoram in Deum jactat, Deoque fidei in omnibus.

Disce ORARE: id te doceant SS. ANGELORUM Litanæ.

KYrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Misere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Misere nobis.

Spiritus Sancte Deus, Misere nobis.

B Sancta MARIA regina Angelorum, Ora pro nobis.

Sancte Michaël, qui populo Dei semper defensor

fuiisti,

Sancte Michaël, qui Luciferum cum complicitibus

rebellibus de cælo deturbasti,

Sancte Michaël, qui accusatorem fratrum nostro-

rum in profundum inferni dejecisti,

Sancte Gabriel, qui Danieli visionem patefecisti,

Sancte Gabriel, qui Joannis Baptistæ ortum &

ministerium prænuñciasti,

Sancte Gabriel, qui Incarnationis Verbi divini

nuncius extitisti,

Sancte Raphaël, qui Tobiam salvum duxisti &

reduxisti,

Sancte Raphaël, qui dæmonium à Sarâ depulisti,

Sancte Raphaël, qui Tobiam seniores illuminasti,

Sancti Seraphim, Sancti Cherubim,

C Sancti Throni,

Sanctæ Dominationes,

Sanctæ Virtutes,

Sanctæ Potestates,

Sancti Principatus,

Sancti Archangeli,

Sancti Angeli,

Qui super Dei solium excelsum & elevatum statis,

Qui jugiter Deo Sanctus, Sanctus, Sanctus, con-

cinitis,

Qui discussis tenebris mentē nostram illuminatis,

Qui divina hominibus nunciatis,

Qui hominum custodiam à Deo accepistis,

Qui semper faciem Patris, qui in cælis est, videtis,

Qui super uno peccatore penitentiam agente

gaudetis,

Qui Loth de medio peccatorum eduxistis,

Qui per scalam Jacob ascendistis & descendistis,

D Qui in monte Sinâ divinam legē Moyli tradidistis,

Qui Christo nato gaudium hominibus annun-

ciastis,

Qui Christo in deserto ministrastis,

Qui Lazarum in sinu Abrahamæ deportastis,

Qui juxta Christi sepulchrum in albis sedistis,

Qui Christo in cælum ascendente, ejus discipulis

apparuitis,

Qui Christum ad iudicium venturum cum signo

crucis præcedetis,

Qui electos in fine sæculi congregaturi estis,

Qui malos de medio iustorum separabitis,

Qui orantium preces ad Deum deferitis,

Qui morientibus assistitis,

Qui animas iustorum ab omni labe purgatas ad

cælum deducitis,

Qui prodigia & miracula virtute Dei perpetratis,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Qui

